


RMIr. R.

487.

Uj lat. ir. 0.

112




Centimetres

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



Uj Ja



LVDoVICI
REGIS HUNGARIÆ II MORS

INSPERATA
Poëmate descripta

E T

Oblata honori

Illustriſſimi Comitis Domini
VALENTINI DRVGETH
de Homonna

Dum

In Ama & Atchi-Episcopali Vniversi-
tate Tyrnaviensi primâ in Philosophia
laurea condecoraretur.

P E R

R. P. JOANNEM CSERNYANSKI
ē Societate JESV AA LL. & Phi-
losophiae Doctorem ejusdemque
Professorem Ordinarium.

A B

Illustriſſimo Domino Comite
SIGISMVNDO DRVGETH de Ho-
monna, Oratoriæ facultatis Au-
ditore.

TYRNAVIAE, Typis Academicis impressit
Ioannes Gregorius Zervvcz.

R
2005-2006

L V D O V I C I
R E G I S H V N G A R I A E H M O R S

I N S P E R A T A
P oë m a t e d e s c r i p t a

E T

O b l i t a h o n o r i

I l l u s t r i s s i m i C o m i t i s D o m i n i
V A L E N T I N I D R V G E T H
d e H o m o n n a

D u m

I n A' m a & A t c h i - E p i s c o p a l i U n i v e r s i-
t a t e T y r n a v i e n s i p r i m a i n P h i l o s o p h i a
l a u r e a c o n d e c o r a r e t u r .


P E R

R . P . J O A N N E M C S E R N Y A N S K I
ē S o c i e t a t e J E S V A A L L . & P h i-
l o s o p h i æ D o c t o r e m e j u s d e m q u e
P r o f e s s o r e m O r d i n a r i u m .

A B

I l l u s t r i s s i m o D o m i n o C o m i t e
S I G I S M V N D O D R V G E T H d e H o-
m o n n a , O r a t o r i æ f a c u l t a t i s A u-
d i t o r e .

T Y R N A V I E , T y p i s A c a d e m i c i s i m p r e s s i t
I o a n n e s G r e g o r i u s Z e r v v e g .



Illustrissime Domine Comes,
Frater charissime.

EParnasso non ita multis ab
hinc mensibus egressus, ut sinceri mei
germanique in te affectus aliquod præberem
specimen, deliberabam diu quoniam potissi-
mum modo primos tuos in Philosophia honores
condecorarem, Neo-baccalauree Comes,
Frater Illustrissime. Diversi etenim prorsus
in diversa jam ante tua in obsequia primum
trahebant animum affectus, & in multipli-
ces rivos divisi Parnassi fontes multiplices
latices propinabant, sed non omnes ad sali-
vam. Placuit præ reliquis herōa Pœsis quam
ut exercitatione quapiam illustrarem lamen-
tabilem illam, & multorum jam calamis ce-
lebratam, Mohacianam stragem assumpsi
qua una ita omnem Hungarorum gloriam,
pristinamq; felicitatem prostravit: ut jam
centum quadraginta & amplius annis bare-
sum

M. ACADEMIA
KÖNYVTARA

G. TELEKIEK
ALAPITVANYA

sum diversarum colluvieci, Turcarumq[ue] ba-
 baro furori exposita, etiamnum (quam-
 respirante aliquantum Religione:) miseri
 jactetur. Contigit ea strages sub annun-
 tia 1526. quo Solymannus Turcarum Imper-
 valido in Ungariam ducto exercitu Ludo-
 cum Regem in arenam evocavit, cuius e-
 xemplum status omnes secuti in campu-
 prodiere, imbiq[ue] adverso Marte confi-
 ges, Rege in Carassi paludibus submerso, bar-
 baro Solymanni furori in prædam cedentes,
 sibi quidem ob amorem in patriam, Regemq[ue]
 fidelitatem gloriam, at posteris calamita-
 tes innumeræ peperere. Super sedissem ego
 equidem, neque Tragicum hunc & Hungar-
 co nominilamentabilem casum, suis quasi
 ruderibus eruere, & Laureatis hodie hono-
 ribus tuis presentare presumpsisse: sed i-
 audcrem, heroica FRANCISCI DRVGET:
 (:cujus nos sanguis sumus:) persuasere f.
 einora, qui hoc ipso in p[ro]elio, patriæ amori
 & fidei in Regem observantia, sanguinem
 vitamque gloriose consecravit. Nec mirè-
 re quod Philosophicis tuis laureis funereas cu-
 pressos copulem, & festivos hodie honores
 tuos Tragica rerum narratione interturbem?

Consultò crede facta omnia, neque enim ma-
 lauris cupressi innectuntur, dum amba-
 re immortaliati nominis patrocinantur. Qua-
 riæg[ue] honore laureas amplecteris, si ita
 gata tulerint nec cupressos respue, cum pro
 patria non lauro tantum sed & cupresso coro-
 mari, imò mori dulce & decorum sit. Et ti-
 bi quidem Ecclesiasticum statum secuto uno
 cum Ludovico rege casu involuti Archi-Epi-
 scopi duo, Episcopi quinq[ue], mihi verò innu-
 meri alii virtute Nobilitateq[ue] illustres herœs
 exemplo præiuvrere, quā aliquando in Regem
 fidelitate, quo in patriam amore esse debea-
 mus. Age ergo Neo-baccalauree & Comes
 illustrissime, dumq[ue] ego narrationem ordior,
 fave.

Illustrissimæ Dominationis Vestræ
 Frater addictissimus

Comes Sigismundus Drugeth
 de Homonna.

Bella

Ella per Vngaricos quondam
 Mavortia Campos
 Infestasque armis acies , tinctas
 calenti
 Sanguine Danubii ripas , quas tingi-
 re dulcis

Iussit amor patriæ , laudumque immensa cupido
 Melpomene Tragico jubet ennarrare cothurno.
 Est Reg' um , Hungariam passim cognomine dicunt
 Dives opum terra , & studiis celeberrima belli
 Quam Scyth' cum pertesa solum , Tanaimq; rigentem
 Et solidam in glaciem versas Moeritidis undas
 Perpetuumq; gelu , & spirantes frigora Cauros
 Ingens turba virūm , quam Dux fortissimus armis
 Attila præcedens , desertā Parrhasis Vrsā
 Quæ gelidos septem circumrotat axe Triones
 Cæpit : & in varias divisā gente cohortes
 Hungariam dixit quod nomen duxit ab Hunnis.
 Hanc medianam Europæ princeps intersecat annis
 Iter nomen habet , quem Martia sylva ministrat
 Vmbrosis fæcunda comis , quam plurima veltit
 Arbor , & ingentes attollit ad æthera ramos
 Hic quercus Sacrata Iovi , Cythereiā myrtus
 Multum flagrantem foliorum tegmine Phœbūm
 Temperat , & nimium minuunt virgulta calorem.
 Nec platanus diffusa comas , nec præcia laurus
 Venturi , tumulosque de est textura Cupressiū.
 Has inter frondes , vivo de punice gratus
 Et claris fons serpit aquis , queruloque meatu .
 Labitur , obstreperis saliens per prata sulurris
 Et primum exiguo decurrit gurgite , fitque
 Pervius , & facilī transitū ubique labore
 Vix que genu tacito curreat murmur lymphæ
 Attingunt : verum postquam majora recepit
 Flumina , & undantes fluvios in viscera clausit
 Iam fastu graviore ruit , gressuque superbo

Contiguos populatur agros , sylvasque , virentes
 Subvertit , sternitque viam , folasque carinas
 & fluctus tremulos , & mollia ludere terga
 Permittit : cursuque levi post Teutonis oras
 Austriacos fæcundat agros , pulchramque Viennam
 Alluit , & primam Vngariæ præter fluit Urbem
 Quam Romanarum magnus Dux ipse cohortum
 Extruxit Piso , (si famæ credere fas est)
 Inde Comarini pæcelsa ad mœnia currens
 Strigoniom Budamque volat , Pestumque revisens
 Poltremè fulvas Belgradum voluit arenas.
 Hic postquam innumeros amnes in viscera clausit
 Influit Euxinum quinquenni flumine Pontum.
 Vndauit dextrumque latus , levumque coronant
 Hinc nemorum taciti saltus , & amœna vireta
 Et virides campi , quos spicis tempora cincta
 Flava Ceres torto fæcundat vesta Dracone.
 Hinc nemorosa juga , & vestiti palmitæ colles
 Pampinæ quois fronde caput redimitus Jachus
 Circuit , & pressum degustat ubique falernum
 Ipsa etiam tranquilla polos Concordia linquens
 Invicit terras , nitidis per compita bigis
 Aurea percurfans adduxit læcula , nulla
 Novit bella to'um , rigido sine militis ulu
 Mollia tranquillæ peragebant otia gentes.
 Viderat hoc Bellona comas respersa cruento
 Et subito invidia stimulis excanduit atrox
 Vngariæ placidas cum latè cerneret Urbes
 Nec mora langvineum Mavortis corripitensem
 Et rabidam horrificis depromit vocibus iram
 Quæ nova corrupti nos hos clementia mores ?
 Siccine pacifico devolui sæcula cursu
 Sic bell'i expertes patiemur vivere gentes
 Armorum dormisne pater? cur bella cruenta , &
 Martia signa tacent? en aurea nascitur ætas .
 Fertilitas fæcundat agros , passimque soluti
 Per amores palauimus qui Concordia Virtus .

Restoresque Fides altâ cervice vagantur
Eximiumque canunt, de me, de Marte Triumphum
Proh dolor! ipsa etiam nitidas Pax lapsa per auras
Flectit equos, cursuque celer, dat lora secundo
Et virides percursat agros, per Pannonicas oras
Bellonæ illudens? tantos patiarne dolores?
Non patiar, nec inulta feram, sed vindice ferro
Pannonicum vastabo solum, gentesque docebo
Quid Bellona potest rabido succensa furore:
Dixit, & Invidiæ fun esto! quællida tabo
Tecta petit, ventis, & fulminis ocior alis.

Est locus atratis quo commiscentur in unum
Styx, Acheron, Phlegethonq; vadis, turpissima tellus
Quam nec purpureo collustrat lumine Phæbus
Nec molles lambunt Zephyri, plenissima diri
Frigoris, & densâ caligine semper abundans
Semper trile gemens, & mœsta pervia planctu
Huc ubi sanguineo venit firma flagello
Mavortiæ conjunx, extreñâ cuspidi pulsat
Ferratos postes, tristis tremit undique tellus
Adventum testata Deæ, tria Cerberus ora
Extulit, & terno latratu exterruit Orcum.
Concussæ patuere fores, glomerantur in unum
Pestiferi noctis fætus, Ditisque mœstræ.
Vtque Deam claro spectarunt lumine cinctam
Obstupuere omnes, intentæque ora tenebant
Et nitidam toruo, libabant lumine formam.
Invidiæ ex Diris reliquas præcellit honore
Horrendum, ac deforme malum, miserabile monstrum
Pallentes exsucca genas, vixque ossibus hærens
Liventes tetrâ monstrat rubigine dentes
Vipereas carnes, & cœrulea corpora rodens
Serpentum, & stygium redolens luffula venenum
Agmina morborum, scelerumq; immania longo
Ordine, Curarumque examina mœsta sedebant
Et dependentes peccabant crinibus angues,
Ad dextram luctus, lugubri suspiria ducens

Mœsta animo, & fractis singultibus ilia pulsat
Efferâ, & impatiens partem tenet ira finistram
Has sequitur madidis tintus sudoribus artus
Incultus labor, & convexis nata sub antris
Paupertas, medio nudissima pectore, corpus
Vix rupto centone tegens, cui semper adhærens
Ittimor exanguis, putresq; edentula malas
Dira famæ, costas multum nudata patenes
Sqâllida, deformis, sensim prærofa revolvens
Ossa manu, torvis stipatur Curia monstris
Expectant mandata Deæ, quæ plena furore
Talibus affata est, sqâllentia Tartara dictis:
Ultrices Diræ, quarum ignorata potestas
Haetenus obscuro latuit conclusa sub' antro
Tartareas armate manus, factisq; probate
Quid furias deceat; dum nos torpescimus: ecce
Alma per Ungariam pax regnat, bella quiescunt
Et fortunatæ vivunt sine vulnere gentes.
Ergo iterum infandis tetras accendite bellis
Et solito Ungaricam pacem turbate tumultu
Ne duce constabit cæptum, prior omnibus illam
Convellam, & puras miscebo sanguine lymphas.
Vos fidis præstate manus; sic fara cœuentum
Mugit, & stygia ionitu tremuere cavernæ.
Non secus, ac crebris plendescens ignibus æther
Dum jacit excelsos ferientia fulmina montes
Illa ruunt, scopulosq; petunt, & turbinis iœtu
Diffringunt petras, rumpuntur saxa, fragore
Horrifico reboat cœlum, tremit undiq; tellus
Et dubios causant mortali in pectore sensus
Lassa recentis vestigia tempestatis.
Talia dum Bellona gerit, stygiasq; sorores
Pannonicam bello mandat vastare cruento
Invidiæ implexos ut erat turbata capillos
Cœsarium excusfit, sinuosæ tempora cingunt
Angues; non longis opus est ambagibus inquit
Facta puta quæcung; iubes: nec plura locura

Importuna faciem maledictam sanguine summis
Egrediunturq; domo , tremuit fractumq; remugit
Divisa compage lolum , gemuere dolentes
Vngariæ valles , gelido glacialis in axe
Vrsa stetit , fugiens Euxinas mersus in undas
Territus abscessit Nereus revolutaq; lymphæ
Substitut , atq; Ister proiecta torpuit unda
Hesperiis jam Phæbus equos immerserat undia
Lucebatq; facem telluri Luna minorem
Illa nihil tanto pergit tremefacta fragore
Sed quacunq; volat florentia poterit arva
Involuit populos tenebris , caligine gentes
Inficit , & somni visit velociter aulam.

Est propè Cimerios Pœbi fulgore corusco
Nunquam tacta domus , languentis regia Somni
Mutæ quies mæstum limen custodit , ab imâ
Solus rupe ruens Lethes , cuius murmure leni
Labitur , & nivejs illudens lymphæ lapillis
Inducit molles somnos placidamq; quietem.
Somnia millenes volitant imitantia formas
Observantq; DEVM , quem pulchra papævera cingunt
Innumeræq; herbæ membris langore solutis
Ille jacet placida degultans dona quietis.
Quo simul intravit , multo concussa fragore
Intremuit rupes , sonitumq; de lere cavernæ
Territus ipse DEVS surgit , cubitoq; levatus
Invidiam cernit ; reptantes illa colubros
Impulit in tergum , causas odiiq; , viæq;
Dictura , horrissonis effatur talia dictis.
Somne quies rerum , qui corpora fessa labore
Atq; ministeriis reparas , causasq; soporem
Me Bizantinam subito comiteris in Vibem
Sic Bellona jubet. Postquam mandata peregit
Substitut ante fores , nec enim tolerare soporis
Vim poterat , labiæq; in omnium lenserat artus.
Ille papaverae redimitus fronte coronam
Invidiæ comitante volat , cui somnia mille

stunt , intraq; mortæ breve tempus in Vibem
auti veniunt , missisq; è corpore pennis
anguida restaurant ter dulci membra quiete.
Littus ad Euxini ponti , quem terra coëcer
eptuno metas ponens , cui cœrula collum
vora submittunt spumasq; ad litora völunt
formosa jacet , cuius primordia fixit
aulanias bellii Dux Bizantumq; vocavit.
æc est exiguis que finibus orta triumphos
numerous vidit , parvæq; à sede profecta
Magnificas inter Mundi capit extulit urbes
Augustum tribuens tibi Constantiū decorem.
Purpureus nitidis quâ sol extollit ab undis
Auratum faciem , & torantes pectine crinens
Emulcens , geminata pati vult fræna jugales
ter odoratas lauros sublimia surgunt
Iuperatorum , veterumq; palatia Regum.
Invidiæ excelsas demirans substitut arces
ugustamq; domum , quam nec celebrata per Orbem
xæquet Babylon , cultæq; Amphionis arces
Igo ubi pallenti spectavit singula vultu
estibulum ingreditur , postes tremuisse feruntur
urati , pallorq; fores infecit eburnas.
Expatit fasto Dea territa fortè fragore
Compressitq; iras , somnumq; affata : quietis
Alme deus , cernis nitidis ubi cella columnis
Atria consurgunt , fuluo variata metallo
spersoq; nitens auro , gemmisq; relucens
Proculatur humus , pictis micat Aula figuris
Hic Solyman solio residet sublimis eburno
Ingredere , & tacitis percursans atria pennis
Inducas molles somnos placidamq; quietem.
Ille volat nullos strepitus facientibus alis
Ingrediturq; domum : hic solio Solymannus eburno
Despicit adstantes proceres , vultuq; severo
Exponit patrias leges , gressuq; superbo
Nunc solio eruditus , cello vestigia gressu

Ordinat. & cunctis se se spectabilis offert
Spectator simul ipse sui , Cydarium nitentes
Exornent gemmæ , num fulvo splendicet auro
Purpura , & an longo diverrat syrmate terram.
Sic Pavus tunidæ stellata volumina caudæ
Respectat , pulchroq; gradum moderamine librat
Elatos pascens oculos , & conscientia formæ
Colla levans , caudam per apertum circinat Orbem.
Iamq; toro vicinus erat , quem serica circum
Exornant variis contexta tapeta figuris
Quæ Phrygio benè docta manus distinxerat auro.
Ergo soporifero mixtam de lacte lagenam
Corripit , & circum facunda papavera spargit.
Morphea fallaces rerum simulantia formas
Atria prima terunt , * positisq; è corpore pennis
Illudunt passim varias imitantia formas.
Advertit Morpheum Solyman , somnoq; jacentes
Vix oculos tollens , iterumq; iterumq; relabens
Dormitat , membrisq; levi langvore sopritis
* Depositusq; caput , stratoq; recondidit alto.
Viderat hoc Morpheus , celeriq; per atria penna
Elapsus remeat per quos modo venerat arcus.
Invidiamq; monet facti , curluq; citato
Letheos amnes repetit . tecumq; quietis.
Invidia horrendis ut erat firmata colubris
Pallida tota genas , oculosq; obliqua minaces
Adficit ante torum , & levitatem lumina fixit
Crudelem mirata virum , mox talia fatur :
Otia te Solymanne juvant? teneræq; juventæ
Sic patriis floremne fines marescere in arvis?
An nelsis quid fata tibi quid sydera debent?
Majorum quid facta petant? qui Marte secundo
Devictis regnis , populos domuere superbos
Portantes geminum vietria signa per Orbem.
Sicne tot incassum fusos patiere labores?
Et tua Pannoniis transcribes sceptra colonis
Quæ fuso genitor peperit tibi sceptra cruento?

Cernis ut Odrisæ constringant cornua Lunæ
Pannonidæ? ne cede minor , sed stringe sagittas
Ethello , ferroq; gravi con pesce tumentes
Siparere velis , toti dominaberé Mundo
Mira tibi Fortuna parat , Solymanne vocantem
Sublequere , & lectas ducens sub signa cohortes
Pannonicæ i , sterne acies , gentemq; Superbam
Sic ait , & geminos abrupit crinibus angues
Sq; allentiq; manu raptos immisit , at illi
Sybila dant , saniemq; vomunt , pectusq; perterrit
Inspirantq; iras animo , rabidumq; furorem
Extinulant fibris , his non contenta venenum
Corripit ære cavo coctum , viridiq; cicuta
Versatum , rabiem causans , & cædis amorem
Pectus in accensum præcordiaq; intima fudit
Erictrix , factiq; potens , ad sq; illa rursus
Tartara regreditur , sumptosq; recingitur angues.
Interea Hesperias , immergit Phœbus in undas
Iam fessis properabat equos , passuq; citato
Pura soporiferam portabat Cynthia noctem.
Eurgit , torquensq; oculos ac pectori livens
Exclamat Solyman , mediæ furibundus in Aula:
Atma parate Duces , ferro vastare crueno
Vngaricum jubet ira Solum.
Hæc fatus , sociosq; trahens in bella sequaces
Horrendum intonuit frendens. Sic Caspia fauce
Concutit arva leo , catulis quando orbus amatiss
Sequitur , sævum rugiens , vestigia circum
Venantium excitans diro implacabilis æstu.
Accurreré Duces primi , clamoreq; Bassæ
Insolito acciti , pallenti lividus ille
Ore minas rabiemq; vomit , flammataq; vultu
Lumina conracto partem detorquet in omnem ,
Obstupuere duces , tantos quæ caula furores
Commovit , mutiq; stupent , metuuntq; suorum
Fortunæ , rupit protracta silentia Mehmeth
Bassarum primus , verbis sic fatus amicis.

Chara Deum soboles Solyman , cui cornua Phœ
Auricomos Phœbus radios submittit , & Orbis
Acciduo solum veneratur poplite , mille
Cui Reges sua sceptra dicant , dominumq; salutam
Fare age , quæ tantos commovit cauta furores ?
Ille oculos torquens , pallenti excanduit ore
Dentibus infrendens stridentibus , atraq; volvens
Flumina spumarum punctum mordacia ructans
Verba vomit , rabidisq; infestat vocibus æthram :
Arma parate Duces clamans , vastare cruento
Pannoniam bello , fixâ stat mente , Superbas
Illa meis cristas submittent regna coronis .
Hæc fatus Martis confersum sanguine velum
Corripit , atq; Duci dans primo talia fatur .
O nostræ spes magna domus , spes una tuorum
Victrici qui Marte felum , victricibus armis
Innumeræ gentes nostris servire Coronis
Fecisti ; quod si bellaces bullit in iras
Audax sanguis adhuc , flammataq; tela ministrat
Mayortis Bellona comes , tuus æthera jam mox
Lambethonos , tanto quæstos sanguine falces
Quos pugnæ , quos mille Ducum peperere labores
Si cupias , augere potes : jam fræna capessens
Circumfer generolum animum , procede secundis
Auguriis , mediis miles Tentoria campis
Disponat , versansq; novi discrimina belli
Sucrescat Martis rabies , præfigia laudum
Exacuant stiulos , pellat Bellona curules ,
Si noster te tangit honos , laudumq; cupido
Totus in arma rue , Vngaricis dominaberè regnis
Pannoniq; solo , dabit hoc te vindice penas
Atq; rebellantes stringet per vincula dextrâs .
Dixit : at hūic rabido tumuerunt pectora motu
In pugnas , tatisq; novum bibit ossibus ignem
Nec latuit Mayortis amor , sed fusus in ipsos
Obtutus , faciemq; furor , surrexit in ignes
Inq; genitibus admisso pallore redit .

Non secus , ac roseo cum lactea poëta emore
Aut rubeo candens ebrit interstringitur ostro .
Aurora interea nitidi prænuncia solis
Affulgit , stellasq; suo splendore remotas
Compulit in latebras , noctemq; excedere jussit
Cum rabiem spirans profatu talia Mehmeth .
Fulgentis Phœbi frater , natusq; Deorum
Induperatorum terror , vastare cruento
Imperat Vngariam bello , vos Martia corda
Vos fidas præstante manus , me vindice cristas
Inferior virtute sua submittet , & armis
Depressa cervice gemet , sacrasq; coronas
Proteret inimissis audax Bellona maniplis .
Finierat ; bello dat signum rauca cruentum
Buccina , & impulsas frangit clangoribus auras
Cogitut armatorum ingens exercitus , omnes
Audacei animæ , multoq; tumore superbæ
Adstrepit Eumenidum livor , raucusq; boatus
Æthera percillit celasq; evadit in auras .
Concurrent Cilices , Medi Parthiæ feroce
Assyriæq; Duces , & quos Bythinia , Pontus
Quosq; Palestini retinent , Lebosq; Cyprusq;
Arma sonant , rabidisq; implent clamoribus æthram .
Bellæ signa volant , Lunæ , stellæq; nitentes
Et levibus plaudunt vexilla tumentia ventis
Signifer ipse furor congestus splendet in armis
Insidians circum Dux agmina prævolat Ira
Omnia terror habet , furor improbus omnia complet .
Hos ubi conspexit Mehmeth , notissima Martis
Robora , præcipuos delectâ pube maniplos
Disponit ; utilis locus omnis splendet ab armis
Calibus ante tamen diætis confirmati turos
Aggere conspicuus celso , cui candida Sydon
Purpuream velat Cydaram , gemmisq; coruscans
Ansæ erat , Tyrioq; ardebat murice læna
Demissâ ex humeris : stat circumfusa juventus
Bellatrix , pronasq; scrox accommodat aures .

Vngariam domitura manus , Regisq; potentis
Depressura caput , nunc , nunc contendite ferro
Nunc corda & fortis in prælia jungite dextrâs
Nec vos , regnorum quamvis collegerit omnes
Terreat ille viros , veistris Rex fusus ab armis
Odrisæ discesset , non temnere fulmina de xtræ.
Dixerat ; ast illi validis clamoribus auras
Complentes , cædæm spirant , per saxa citati
Torrentesq; ruunt , non mons , non Sylva retardat
Lectaq; Paunonicis disponunt agmina campis
Pandite nunc Helicona Deæ cantisq; move te
Quis regni fuerit status ? quibus Vngara jam tunc
Floruerit terra alma yiris , qualesq; phalanges
Duxerit in pugnam , quantisq; exarserit armis.
Rex Ludovicus erat tandem qui sceptræ regebat
Vngaricâ , & populos jam longâ pace beatos
Sanguine majorum clarus , virtutis amator ,
Defensor fidei , cuius succensus amore
Impia Lutheri damnavit dogmata , & illa
Sectantes , vivos flammis addixit & igni.
Proregis munus generosi sanguinis Heros
Gestabat Bathory , Strigoniæ Archi-præfæt^{du}
Lad^{flaus} Salcanus erat , mythramq; Calocæ
Arte & Marte potens Præfæt Tomoræus habebat.
Iam Bizantinos replerant agmina campos
Pannonicas factura acies patulisq; cruentus
Mars ibat campis , letoq; ex ordine turmæ
Carbasa Lunatis subservitura triumphis
Gestabant , vultuq; minas , armisq; furorem
Spirabant : tenuis cum vix per venit aures
Pannonidum rumor , quem gens exercita bellis
Totq; prius pugnis , tot partis clara triumphis
Contempnit , totum nec robur vertit in arma.
Rex Visg^{ad} radanâ (quam pervius alluit Ister :)
Vernalis auras jam tunc captabat in arce
Lusibus intentus tam celso Principe dignis
Affuetus turbare feras , & figere Cervos

Sternere glande apros , bellumq; indicere turmis
Alitum , & reti timidos concludere pisces.
Fortè dies aderat quam puro Cynthiaus igne
Reddit illutrem , placidiq; silentia venti
Et sensim sylvæ charam feceré virentes
Cum Regi arrisits saltus lustrare ferarum , &
Frondea vicinæ percurrere regmina Sylvæ
Tum vénarices litui dant signa , canumq;
Vox resonat sylvis , timida obstupeare ferarum
Agmina , dumq; fidem & violata silentia cernunt
Sylvarum , cursus subito meditantur inanes.
Corripuntq; fugam , fugientibus acrius instant
Latratu cursuq; canes , passimq; virenti
Præda manet campo : respersaq; terra cruento
Prostratiq; usi , damæq; & turba luporum
Dant animos regi juveni , nec vulgs in omne
Consummit robur , cedit tantum optima cervix
Regali ferro ; dum vallo corpore cervus
Elapsus sylvis , campis se credit apertis
Elatum peccus , prægrandia cornua jactans.
Exclamat juvenes , laxat Ludovicus habenas
Incum' itq; feræ , spargit calcatq; furentes
Illa canes , instat Princeps , celeremq; sagittam
Imponens nervo , sinuate misit ab arcu ;
Illa volans tereti fixit sub pectori vulnus
Prostravitq; feram : applausit clamore secundo
Aula . & prægrandem multâ tellure jacentem
Miratur cervum , Donec mirabile visu
Contigit , apricis dum Rex jam victor in agris
Splendentem gemmis , mandentemq; aurea fræna
Flebit equum , quo non stabulo formosior ullus
Regis erat , mortiens hic lapsu concidit uno
Nelcio quâ sternente manu , terretur iniquo
Casu Aula , & niveo princeps pallescit in ore.
Vernanti similis floræ quem durior aura
Afflans decoxit , primum rapuitq; decorem.
Ergo animo volvens perplexo plurima pergit

Omine si fausto casus turbatus iniqui.
Dant litui signum canibus , glomerantur in unum
Prædaces animæ , resonat latratibus aër
Vicinumq; nemus : quæruntur sparsa ferarum
Corpora per campos , & fuso sanguine , pulchri
Sylvarum fætus cultam portantur in Arcem.
Vix se in conspectum speciosa palatia Regi
Obtulerant , & vix cellas prima agmina portas
Intrarant , Regis cum se obtutibus offert
Præpere vectus equo , lassioq; ex corpore sudans
Nuncius , & regem verbis affatur amicis.
Maxime Pannionidum Princeps , amor ætheris alti
Hæc Transylvanicus tibi nuncia mittit ab oris
Vajvoda : Lunatas cogit Solymannus in arma
Turmas , & patulis comparent agmina campis
Ungariæ fractura acies , ne cede , sed armis
Contere freudentem ; & Mavortia bella moventem.
Risit ad hæc juvénis Princeps , nec percitus ullo
Horrere ; in nostram respondens ista ruinam
Agmina non furgunt , Italas Solymannus in Vrbes,
Arma , & Bella parat , longa nos pace beati
Felices annos , felicia tempora tuti
Vivemus belli expertes . Hæc fatus in Aulam
Regalem ingreditur , multo lassatus ab æstu
In dulcem claudit nictantia lumina somnum.
Iamq; nives brumæ , Phœbo torrente liquarat
Martius , & tumidi pedicas laxaverat Istræ.
Fama famis genitrix , invisaq; nuncia bellis
Bistonidum , liquidis sulcaverat aëra pennis
Ungariam invisens ; regalia limina crebro
Verberat impulso , Solymannum aptare sagittas
Oraq; lethifero jaculantia gutture glandes
Nunciat ; ast veræ ridetur dictio famæ.
Indignata domum remeat : quibus ergo peractis
Quadriliugo Illyricis vectus Tomoræus ab oris
Regia tecta subit , Thracumq; cruenta parati
Nunciat arma Ducum , flammæ & fulmina cudi,

Mavortia sub signa legi ; populosq; vocari
unigeros , profugosq; Scythes , agilesq; Sicambros.
Arma manu rapienda , salus , patriæq; tuendæ
quædet amor ; sub signa volet Mavortia pubes
Pellere sanguineas Lunas , atq; horrida Thracum
Cæpta remoliri , belliq; in fringere fluctus
Nos decet , & patriis avertere finibus hostem.
Vix ea fatus erat Regi placuisse videtur
Consilium , Proceres ad summa negotia Regnū
Convocat , Odrysi prænunciat arma Tyranni
Bellorumq; minas , tempestatemq; cruoris
Ungaricos spectare polos , ut strage nefanda
Iubrurat , & Procerum Solymannus robora frangens
arbarico patrios populetur acinace fasces :
Iuem Regis , regniq; salus , quem gloria tangit
Iudeat in Geticas , ensen vibrare phalanges
Regis stipare latus , ferroq; voraci
Unigeros laniare greges , patriamq; tueri.
Ostquam verba dedit Rex majestate verendum
coritur totâ festivus clamor in Urbe
Musa placent , procerumq; animos accendit hiantes
egis amor , patriæq; salus : ad tympana miles
Confluit , insolito clangore vocante tubarum
ectora , Pannonicas fuso rumore per Vrbes
Nulla mora in cæptis , Regalia pectora vestit
Nexile (quod nullo est ferro penetrabile) tegmen
Iuraq; ahena latus , sed lævam fulgidus ambit
cibo manum , niveo plumarum sylva caballo
ultiplici radiosâ iubâ sinuatur in auras.
Imat & hasta manum , cuius tunculentior hostes
ombra fugat : Phrygio gradiens ad castra caballo
Rex procerum comitante manu , Budensia linquit
Moenia , pulvereis excæcans nubibus astra.
Drauge Ihus sequitur , præclaris anguinis Heros.
Muniérat thorace latus , tremulumq; lacertis
Aueronem quatiens , zrataq; horridus hasta
et Martem spirans in lævum flectit habendas

Obvius Odrysias staturus funere turbas.

Hunc sequitur regis Signatum nomine velum
Purpureis sparsum maculis, quod clausit utrinq;
Flos juvenum quos Regis amor sub signa vocavit
Sanguine clari omnes, una omnes voce canentes
Pro patiā dulce esse mori: rex insuper addit
Pulchrum esse in bultis, interq; cadavera queri.
Vox animat proliata viros, acutq; furorem
Agminaq; accendit stimulatrix gloria belli.
Progreditur generosa phalanx, sex mille viginti
Circiter Vngaridum numerant clangentia castra
Vngula pulsat humum, vertuntur ad astra bipennes
Moenia condescendunt Cives oculisq; sequuntur
Palverear nubem, & flammantes ære catervas.
Donec anhelanti Mohacenses agmina campos
Impete contingant, armis radjantia castra
Composueré solo, Phœbo moriente quietem
Captantes, mollem deponunt membra per herbam,
Tertio jam roseos Phœton obverterat axes
Vngara cum Geticis configlare turma catervis
Ardet avens, spe falla phalanx, spem reddit anhe
Pannonicibus, nitidus currus lux quarta reducens.
Vix oriens gelidas Aurora fugaverat umbras
Bjtonias acies, penes Vngara castra locavit
Mehmethus: multo resonant clamore Gradivi
Impulsæ valles, & totis tympana campis
Rauca sonant; patriæq; salus, prædaq; cupidio
Excitat Vngaricas ad fervida prælia turmas.
Ut cecineré tubæ, Rex Martia castra pererrat
Excitat accendit, ferrumq; capessit & arma.
Inde Palatinus valido clamore perorat:
State viri, patriæq; decus regniq; salutem
Quærite nobiscum pugnant pro Principe cælum
Et conjurati venient & prælia Divi.
Dixerat, ast illi succensi Martis amore
Odrysias stimulant ad prælia mutua turmas.
Sed Thracæ silvæ diu (: silet anguis in herba

ab busto scintilla silet:) nec signa dederé
Donec ad occiduos Titan vicinior amnes
Accelerans rubeo depinxerat astra colore
Donec primum Tragico sonitu dedit ætra signum
Euccina, & Odrysæ micueré per aëra Lunæ
Accijs arva sonus, mixtum quatit æthera murmur.
Non secus ac resonat vallis incedibus Æthna
Cum Brontes, Steropesq; calent aut qualis ab antro
Lemniaco mugit & repitus, cum Mulciber aptat
Ægida, virginis exornans Pallada donis.
Arma canunt per castra viri, quisq; arma requirit.
Dextera pars clypeos & ahena repagula sumnit
Et capiti imponit ferrum, pars læva frementes
Sub juga cogit equos, strictoq; resulgurat ente
Exoritur clamorq; virum sonitusq; tubarum
Et condensatæ properant in prælia turmæ
Pulveræ surgunt nubes, crepat iætibus aër
Insolitus campiq; armis sublimibus ardent
Miscentur fugitivæ acies, it tristis ad astra
Bellantum clamor: restaurat Mustapha sparsas
Istonidum turmas, animosq; paventibus addit.
Interea rigidis dum Mars vesanus in armis
Bellona comitante, neces & funera mille
Spargit ovans campis, atq; ebria signa cruento
Alæcto permixta viris rotat, omnis in Orbem
Campus sanguis erat, & plurima mortis imago,
Szechius herœo prognatus languine, sacra
Cui Regis Regniq; salus, postrema trahebat
Agmina: non illi similem Trojana juventus
Vidit, quando Deum per cæca pericula Ponti
Iussa facit medioq; in sanguine pergama surgunt
Romanæ spes una domus: hic quando suorum
Inclinante aciem vidit, furor, iraq; mentem
Præcipitant, medios fertur generosus in hostes
Non ærata cohors illum, non ferrea terret
Selorum grando, non densa pericula mortis,
Qualis ubi irato cælum resplenduit igne

Flamma volat, non illa sacris, non illa profanis
Parcit, at in quid quid cæcus furor abripit, omne
Incinerat, dum tandem insana libido nocendi
Exanguis mediâ moriens tellure qui escit.
Vngaricum ut Martem formidatasq; phalanges
Vidit, & æratas sensit sua funera dextras
Palantesq; suos Turcus, gemitumq; cadentum
Acceptit; fatis multum indignatus amaris
Agglomerat clamore viros, rabiesq; priori
Major teia rotat, coenunt in cornua Thraces
Et medios clausere viros, jam, jamq; foroci
Szechius Odrysij cecidisset vulnere Martis
Nisi fidi casus socii miseratus amaros
DRVGETHVS in medios simul ipse ruit et in hostes
Fulmineo mucrone ferox, vultuq; decorus.
Hic ubi Pannonicas multum inclinasse cohortes
Vidit, & averso turmas pugnare Gradivo
Assumptis sociis, quos tunc notissima virtus
Armaq; Turcorum toties tepefacta cruento
Et manus adjunxit certis assueta triumphis
Ultima jam cupiens tentare pericula Martis
Aut vinci, & pulchram per vulnera querere mortem
Aut si successus, fortunaq; læta tulissent
Vincere, & ingenti patriam servare dolore
Promptus; per medios Leo discurrebat acervos
Quos invicta manus tristi sac raverat Orco.
Ergo ut concluso postremam ferret amico
Fidus opem, statione suâ quam forte tenebat
Cæde madens nimia atq; à sanguine pulchrior ipso
Antiquum robur, primosq; recolligit ignes,
Evolut, & socio charum se sistit Achatem.
Szechius invicto socii recreatus amore
Arma rapit rursus, notasq; exurgit in iras.
Bistones inclinant, rursusq; cadavere campus
Sernitur, & proprio merguntur sanguine manes
Dat gemitum tellus, permitti cæde virorum
Semiannimes sternuntur equi, tela undiq; fundunt

Cæbra nivis ritu: rursus pugna aspera surgit:
Tollitur in cœlum clamor, volatigneus altis
DRUGETHUS campis, medios ruiturus in hostes
Obstigit instanti DRUGETHUS fides Achates
Szechius, & multo respersum sanguine, multa
Cæde virum clarum verbis hortatur amicis,
Pars animæ subfiste meæ licet eminus esse
Fortibus, Heros stravit temeraria virtus
Sæpius, invictos vinciri fecit incemes.
ad furdz canitur, rapuit Mavortius ardor
A Idebatq; animos stimulatrix gloria belli
Ergo magnanimos iterum succensus in ausus.
It vastro mucrone ferox, hostemq; requirit
Vestigatq; oculis; quâ parte ferocius instat
Turcorum lunata phalanx, hac præpete cursu
Fulmine, vel rapidis vadit velocior Euris
Contemptor vitæ, medios subiectus in hostes
Dextram, animumq; aciem, pavida cesserè volanti
Turcorum turmæ, & sparsæ fugerè phalanges.
Hic cædes non pugna fuit, cadit undiq; ferro
Thrax cæsus, spissosq; vomit cum sanguine vitam.
Tum vero sparso miscetur pulvere campus
Involvitq; virum, at postquam céllerè per auras
Pulveræ nubes, rutilis tespelendet in armis
DRUGETHUS. Phœbo similis quem turbida condunt
Nubila, seu radios luctantes evibat ille
Et moësto clarus nitidum caput exhibit Orbis:
Hunc procul ut campo Mehmeth conspexit aperto
Bassarum primus (capitu mictat aurea cassis
Pennatis formola comis, gemmisq; relucens)
Insequitur solus, solum in certamina poscens.
Annuit, & celeri subiectus in arva caballo
DRUGETHUS rutilis medium se sistit in armis
Lætitia exultans, animosq; in prælia cogens.
Res agitur ferro, jamq; ambit uterq; cruentem
Quem dare uterq; cavet, crebris asybilat aëris
Ictibus, & tors, & virtus sociantur in unum.

In medio tandem DRUGETHUS pectore vulneris
Excipit, & pulchro currens de corpore sanguis
Candida formosi rubeficit colla caballj.
Tum vero exarbit, revocansq; in brachia vires
Expediensq; ensem, gemina inter tempora frontem
Dividit exangui Mehemetho, hæcq; insuper addit:
En campos, & quam bello Mehmethē petisti
Vngariam metire jacens. hoc fulmine tactus
Mehmeth, purpureum ructans de corpore flumen
Multā indignantes manes transmisit in Orcum.

Postquam DRUGETHUS vicitri fuderat ense
Mehmethum, Vngaricos invadunt Thracica campos
Agmina, furtivas (licet obvenientibus armis)
Ingredjendo vias, taciteq; crepuscula noctis,
Advolat exacie primā Tomoræius Heros
Et monet ut firmo Raskajus robore nixus
Kollajusq; suo conjunctus milite, Thracum
Obviet insidiis. pedites q; equitesq; retundat.
Rex igitur Getico crepitante per arva tumultu
Auspiciūm in felix! virtutis casside pallet.
Qualis ab oppositā dum pallet Cynthia nube,
Pleiadum lachrimas, nimbosq; minatur Orion
Sic ille expallens præsagit sanguinis imbris.
Jamq; ferox animis oculisq; hostilibus ardens
Vngara turma Getis, intorquens missile ferrum
Irruit, & spatiis in aperto æqualibus aeti
Tela vibrant, oculi q; regunt, directa q; in hostem
Exonerant validis, tremebunda haltilia palmis:
Fumanti spatiantur agro, quem pulvere verrunt
Idalioq; rigant ninbo En statione movetur
Copia Thraciadum, proprio consperla cruce
Purpleos fundens rivos, legio Vngara gressus
Promovet ulterius: rufsum DRUGETHUS in hostes
Irrumpit, frangitq; aciem, quam forte regebat
Dirum ululans Selymus, cuius clamantis in ora
Immisit certam laturum missile mortem,
Corruit exanguis Selymus, nec plura locutus

Sedam animam spissō cum sanguine tradidit Vmbros.
Interea dubiis volitat Victoria bigis
Quas tumidis rapit aura notis ignara gementi
Braciz, an Vngariæ lautos inclinet ovantes,
stant Pannonidæ, donec crescente furore
Inati laterale Ducas fugit agmen equestre
Nicasios conculat equis; spes nascitur ingens
annonicas acuens ad fervida prælia turmas:
ed variat Bellona vices, quas blanda nutritivit
dversi Vngaricas acies ferit alea Martis.
cce per occultas Turcarum millia septem
properant valles, hastarum fulgida flammis;
rævolat indomitus comitata furoribus Ira
emonstratq; viam Geticæ quâ parte cohortes
astra perant Regis, vix ullo milite cincta.
cedunt Thracum turmæ, & rutilantibus armis
gmiua denudant, rapunt, tentoria, currus,
egis opes, Procerum servos in ferrea raptant
incula, & effuso satiani satientia tela
inguine, & attonitas minuant per funera turmas
nec DRUGETHUS Socios hoc murice mergi
inspiciens, animosq; novans se se objicit hosti
nigerasq; ultra socios vetat ire phalanges
inc flammis, nunc ense minax, dabat obvia ferro
tora, & immanes iternebat Bistornas armis
o patriâ regnoq; ferox, si spicula desint
torat Getico telorum comprimat imbre.
q; cadavero sua cinxerat agmina vallo
trylos inter mucronum animosior ignes
cius hostili ferro, tum prodigus iræ
se necat Thraices, sepelitq; sub hostibus hostes;
nec ab adverso crepitanti myrmure stridens
china, DRUGETHUS fatali glande momordit
tora disrumpens, salit è penetralibus imis
purpleus sanguis, niv eos curritq; per artus
serit ora color, corpus tellute recumbit
latrixq; animus superas evadit in arcus.

Fortunate Heros , si quid mea carmina possunt
Nulla tuum post hac delebunt sacula nomen.

Interē ad Antipodas radiantia lumina Titan
Flexerat , atq; atro mærebat Cynthia peplo
Cum subito nigris densatur nubibus æther
Effunditq; imbræ , & nimbis fulgura misceret
Nulla nitet scintilla polo , caligo fatigat
Corda duellantūm ; subitò venientibus umbris
Biltonidum tormenta boānt: he'u quanta propinquu
Vngaricis iactura viris , quantumq; penates
Excidium Patrios sternet , stimulante furore
Inq; truces animante neces , jam fluctuat arvis
Pannonicis hastata seges , sata semine Regni
Nobilium , procerumq; virūm , fructusq; datur
Funestos ; postquam ipsas Thrax horridus armis
Messor erit , falceinq; suam per funera mille
Sanguine Pannonio tinget (: proh ! fata sinistra :)
Quantus in Vngaricam telorum grandine gentem
It furor , obstantes jugulat ; Regi q; propinquua
Agmina delet ovans , roleoq; cuore madente ,
Funerat Herōas , Procerumq; animosa superbo
Corpora calcæ terit . Qualis viridatia Gastra
Caurus , & in proprio calcata rotaria tabo
Despicit ; ah ! prjmo ecclider abrupta virore
Gaudia , Pannnidum teneram scidit Atropos herba
Siccine candenti violantur lilia fronte ?
Florentesq; rosæ rigidos moriuntur ad Austros ?
En laturos dispersa jacent pretiosa per agros
Corpora Magnatum niveo spoliata decore .
Salcanus Regni Primas sub pulvere luget !
Prinius , & Forgats , Tomortius horrida Martis
Fulmina , Pannonicæ decus immortale trophæi
Hēu mortis sub falce jacent ; Lunæq; eruentâ
Tempestate gemunt ; hēu bello plurimus iactus
Nobilitatis honos ! sacris viduata Ministris
Templa dolent , nudæq; gemunt Abbatibus æræ
Hēu miserandi omnes , ! calathis date lilia plenis

irgineos spargam flores , tumulosq; sacrabo .
Sanguineis immersa vadis jam castra natabant
ngara , lunigeri Martis vitiata triumpho
ex ubi confrætæ socios videt eminus armis
Quærire tutæ fugæ ; quo me DEVS evocat inquit
rovehar altus equo , lubrico quâ flumen hiatus
argius excedens limosas imbibit undas .
Irgo citus fluidæ cænosi fluminis undæ
redit . Herculeis per corpora flammæus armis
mmeus æq; animo , cænumq; immane pæsentem
alcaris stimulavit equum , ripisq; relictis
ita minante vado : limum superare renisus
æna manu vel dente regens , dextrâ arma , pedumq;
emigio librante , vias frustrante caballo
Dum querit solidos sub aquâ levis unguia campos
uctatur cænumq; novo molimine sulcat :
ed prohibet limus congestum scandere clivum
Detinuitq; pedes , & terga palude sepulta
ex dum cogit equum relupini sede caballi
texitur in lucta , & limosæ faucibus undæ
Conditur , armorm depresso pondere grandi .
hic statu , hæc bellæ facies , vincente furore
Biltonidum , Vngarico tabescit cæde penates
expressitq; oculis lachrymas , & corde dolore ,
Quem vel barbaricæ demonstraveré phalanges .

Sisto hic , & ne festivos hodie honores tu-
s , luctuosâ tantum rerum narratione deti-
ream , ferale theatrum clando , amœnioraq;
minaturus Vates novam tibi scenam aperio
Neo-haccalauree Comes , Frater illustrissi-
me . Ludovicum Regem cum suis gloriose mo-
rientem descripti , & emortuam cum eore reg-
felicitatem deprolavi . Sed meliora spon-

det cælum, quod post nubila, clariorem qua-
dog, charioremque Phæbum reducit. Ben-
ergo omīnor felicitati Tux Vngaria quæ enī
præmatur à Ludovici morte, bellis calamiti-
tibusq; oppressa in occasum vergere capi;
sub auspicio LEOPOLDI Augusti regiminis
ubi te consumpiam putaveris, Oriens ut La-
cifer, & eliminat à haeresim tuo semper splen-
dori, felicitatiq; resistentium colluvie, novā
prole fæunda Solis ad instar post nubila re-
fulgebis. Et verò vidimus jam laudari
musq; felicitir jacta initia, respirantemq; pū-
centum & amplius annos Religionem, dum
in dies clarescere, feliciq; progreſſu crescer
conspicimus, illud vovemus animi: n
quam inopina Ludovici mors haeresim furor
exposuit, eandem diuturnor, feliciorq; LE-
OPOLDI Augusti vita, pristino flori, vigo-
riq; restituat. Quod fiat utinam, annuen-
te cælo.

DICENTEQ; V C V N I V E R S O
POPVL O A M E N.

Tu verò Neo-baccalauree Comes, &

Frater Illustrissime

Perge festivo super astra gressu
Flammulis auri, placidisq; lausi.

Frondibus vernans, inimica sortis
Fulgura ride.
Cresce magnarum seges ampla laudum,
Nec vetutatis violanda dente
Crescat enascens Comitis Druethi
Laurus honoris.
Crescat effusis opulenta ramis
Fluctuans baccis, caput inter astra
Condat, & fessis procul hospitali
Explicit umbram.
Crescat in fixis solidata fibris
Nec procellosas Aquilonis iras
Nec minas Cauri metuat, nec Euri
Arma pavescat.
Ante sulcabit liquidum Boöten
Vomer, accentas vomet unda flamas
Volvet algentes gremio calenti
Muleiber imbes.
Ante Titanis radiata lampas
Nocte fulgebit, petet Ursus undas
Quam Valentini moriatur unquam
Laurus honoris
Ida dum frondes tenebrosa gignet
Dum feret vernans violas Hymetus
Nata frondebit Comitis Druethi
Laurus honoris
Dum ferentis Phæthon quadrigis
Pannorum claros recreabit agros
Nata frondebit Comitis Druethi
Laurus honoris.


A. M. D. G.

inches
Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007



det cælum, quod post nubila, clariorem qua-
doq; chariore mg; Phæbum reducit. Ben-
ergo ominor felicitati Tu & Vngaria quæ eni-
prematur à Ludovici morte, bellis calamiti-
tibus q; oppresa in occasum vergere capi-
sub auspicio LEOPOLDI Augusti regimin-
ubi te consumpiamputaveris, Orieris ut La-
cifer, & eliminata hæresum tuo semper splen-
dori, felicitatiq; resistentium colluvie, nov-
prole facunda Solis ad instar post nubila re-
fulgebis. Et verò vidimus jam laudar-
mus q; felicitir jacta initia, respirantemq; po-
centum & amplius annos Religionem, dum
in dies clarescere, feliciq; progreßu crescer
conspicimus, illud vovemus animitus: n
quam inopina Ludovici mors hæresum furor
exposuit, eandem diuinior, feliciorq; LE-
OPOLDI Augusti vita, pristino flori, vi-
rig; restituat. Quod fiat utinam, annuen-
te cælo.

DICENTEQ; VNCIVRSCO
POPVLO AMEN.

Tu verò Neo-baccalauree Comes, &
Frater Illustrissime
Perge festivo super astra gressu
Flammulis auri, placidis: lau;

Frondibus vernans, inimica sortis
Fulgura ride.
Cresce magnarum seges ampla laudum,
Nec vetustatis violanda dente
Crescat enascens Comitis Druethi
Laurus honoris.
Crescat effusis opulenta ramis
Fluctuans baccis, caput inter astra
Condat, & fessis procul hospitalem
Explicit umbram.
Crescat in fixis solidata fibris
Nec procellosas Aquilonis iras
Nec minas Cauri metuat, nec Euri
Arma pavescat,
Ante sulcabit liquidum Boöten
Vomer, accentas vomet unda flamas
Volvet algentes gremio calenti
Muleiber imbres.
Ante Titanis radiata lampas
Nocte fulgebit, petet Ursus undas
Quam Valentini moriatur unquam
Laurus honoris
Ida dum frondes tenebrosa gignet
Dum feret vernans violas Hymetus
Nata frondebit Comitis Druethi
Laurus honoris
Dum serenatis Phaéthon quadrigis
Pannonum claros recreabit agros
Nata frondebit Comitis Druethi
Laurus honoris.

A. M. D. G.

A. M. D. C.

